Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

INCIPIT PRAEFATIO SCI HIE
RONIMI SUPER EZECHIEL.

OLIM PUERI LEGIMUS. NIHIL TAM FACILE
est quin difficile fiat quod inuitus facias;
fateor me explanationes in hiezechiel mul
to ante tempore promisisse et occupatione
de toto hac orbe uenientium implere non por
se. Dum nulla hora nullum q; momentum
est. In quo non fratrum occurrimus turbis.
& monasterii solitudinem. hospitum frequentia
commutamus. in tantum ut aut claudendum
nobis sit ostium. aut scripturarum per quas
aperiendae sunt fores studia relinquenda;
Itaq; lucrationis. immo festiuitas noctium operis
quae hieme propinquante longiores esse
coeperunt. Haec ad lucernulam qualia
cumq; sunt dictare conant. & aestuantes
animi taedium interpretatione digerere;
Nec iactamus utquidam forsitan suspicantur
fratrum susceptionem. sed morarum causas simpli
citer confitemur. praesertim cum occiden
talium fuga & sororum locorum constipatio
nuditate atq; uulneribus indigentium